Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



351

quaesiui ut dixi utrum scriptum ueri contineret hoc uerbum quod
pater esset ingenitus et conscriptum esset respondisses instan
tius quaerebam ut ostenderes tunc unus exis quia de re tunc quantum
intellegi datur fidei tuae sociusat mihi quider go tu patrem genitum
dicis respondi non dico. et ille si ergo genitus non est inquid utiq:
ingenitus est. cui ego. uides inquam posse fieri ut etiam de uerbo
quod in scriptura ueri non est redd datur tamen ratio unde recte
dici ostendatur. Sicergo et omo usion quod in auctoritate
diuinorum librorum cogebamur ostendere etiam siuocabulum
ipsum non ibi inueniamus fieri posse ut illud inueniamus cui hoc
uocabulum recte adhibitum iudicetur quibus dictis quibinc tibi
uideretur attendi ut audirem et aiste recte factum esse
ut ingenitus pater in scripturis sciis non diceretur neilli uel
tali uerbo fieret iniuria ergo inquam modo facta est iniuria do
et hoc manifesta quo audito fateri iam cepit nec te hoc dicere debu
isse sed cum admonerem ut sit tibi tale uideretur hoc uerbum
ut addi puteret iniuriam deleres illud inde ubi scripsewis.
Considerasti credo posse id recte dici et posse defendi et rursus
aisti prorsus ego hoc dico. Tum ego illud quod iam dixeram
rep etiui ita fieri posse ut etiam omo usion. neq: scriptum
in sciis paginis inueniatur. et tamen dictum in ad sertione
fidei defendatur sicut patrem in illis libris nusquam ingenitum
legimus et tamen dicendum ee. defenditur tunc a me chasti.
quam dedewis abstulisti et conscidisti et construimus post meridi
anum tempus ut adessent notarii ad excipienda uerba nostra
atque inter nos ista quantum possemus diligentius tractaremus.
Uenimus ut nosti ad horam conditam notarios adduximus
ut et tui adessent consedimus dixisti rursus fidem tuam atque
in uerbis tuis non audiui ingenitum patrem credo quod cogi
taueris quidinde manedictum fuerit et praecauere uolueris